BIBLIA LATINA, BD. 1

Salzburg (?), 2. Viertel 14. Jh. Seite 354r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



audiuit orationem eorum. Et memor
fuit testamenti sui. et penituit eum
secundum multitudinem misericordie sue. Et de
dit eos in misericordias in conspectu omnium
qui ceperant eos. Saluos fac nos
domine deus noster. et congrega nos
de nationibus. Vt confiteamur
nomini sancto tuo. et gloriemur in
laude tua. Benedictus dominus deus
israel a seculo et usque in seculum. et dicet
omnis populus fiat fiat. alla.

Confitemini domino quoniam
bonus. quoniam in se
culum misericordia eius. Dicant
nunc qui redempti sunt a domino
quos redemit de manu inimici et de
regionibus congregauit eos. A so
lis ortu et occasu ab aquilone et mari
Erraverunt in solitudine in inaquoso
uiam ciuitatis habitaculi non inuene
runt. Esurientes et sitientes ani
ma eorum in ipsis defecit. Et cla
mauerunt ad dominum cum tribu
larentur. et de necessitatibus eorum
eripuit eos. Et eduxit eos in ui
am rectam. ut irent in ciuitatem
habitationis. Confiteantur domino
misericordie eius. et mirabilia eius
filiis hominum. Quia saciauit
animam bonis in auem. et animam
esurientem saciauit bonis. Se
dentes in tenebris et in umbra mor
tis. vinctos in mendicitate et ferro
Quia exacerbauerunt eloquia dei
et consilium altissimi irritauerunt
Et humiliatum est in laboribus
cor eorum et infirmati sunt nec fu
it qui adiuuaret. Et clamaue
runt ad dominum cum tribularen

tur. et de necessitatibus eorum libe
rauit eos. Et eduxit eos de tene
bris et umbra mortis. et uincula eorum
disrupit. Confiteantur domino
misericordie eius. et mirabilia eius filiis ho
minum. Quia contriuit portas e
reas. et uectes ferreos confregit.
Suscepit eos de uia iniquitatis
eorum propter iniusticias enim suas humili
ati sunt. Omnem escam abhomi
nata est anima eorum. et appropin
quauerunt usque ad portas mortis. Et
clamauerunt ad dominum cum tribularentur
et de necessitatibus eorum liberauit
eos. Misit uerbum suum et sanauit
eos. et eripuit eos de interitionibus eorum
Confiteantur domino misericordie eius. et
mirabilia eius filiis hominum. Vt
sacrificent sacrificium laudis. et anni
uncient opera eius in exultatione. Qui
descendunt mare in nauibus. facien
tes operationem in aquis multis.
Ipsi uiderunt opera domini. et mira
bilia eius in profundum. Dixit et
stetit spiritus procelle. et exaltati sunt
fluctus eius. Ascendunt usque ad
celos et descendunt usque ad abissos
anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt moti sunt sicut e
brius. et omnis sapientia eorum deuorata
est. Et clamauerunt ad dominum cum tri
bularentur. et de necessitatibus eorum
eduxit eos. Et statuit procellam
eius in auram. et siluerunt fluctus
eius. Et letati sunt quia siluerunt
et deduxit eos in portum uoluptatis
eorum. Confiteantur domino misericordie
eius. et mirabilia eius filiis hominum
Et exaltent eum in ecclesia plebis.

354